

78.

X 1904/102

II q  
42

# COLORES SPECULI INSTAR IN NATURA LUCENTES,

HOC POTISSIMUM TEMPORE  
FLORUM VARIETATE FOECUNDISSIMO,

IN

Auditorio Majori

Hora consueta,

D. 8. JUL. ANNO CHRISTI 1700.

Commendandos publicè

Indicit

M. GEORGIUS ANDREAS Vinhold / Rector.

—————  
CYGNEÆ, LITERIS BUSCHELIANIS.

BIBLIOTHECA  
MUNICIPALIS





# Citè non minus, quàm ingeniosè rerum

è regione sitarum colores Jesuita Grimaldus repræsentavit; quando fenestras camerae omnes clausit, relicto unico vix digiti magnitudinem exæqvante, quò sol penetraret, foramine. Hic sine omni artificio lintheum album objecit radiis, simulqve cuncta ante cameram observantia adeò exceptit reddiditqve, ut nativâ imagine suâ spectantium cum admiratione expressa viderentur.

Eadem opera quascunqve res etiam in oculis exhiberi posse edocuit. Quod si enim è bove non ita pridem mactato dematur oculus, itemqve cornu perforatum, quod contemplationi inserviat: totam viciniam ait mirabili spectaculo adumbrari.

(a) Phys. Math. de lumine, coloribus & Iride. conf. le Journal des Savans ephim.

(a) Idem non sine audientium stupore hominis meminit, qui obducto oculis velamento, ex tactu tamen omnia colorum genera potuerit discernere. Cumqve experimenta sua coram Magno Hetruriae Duce facere jussus pari cum successu artem probasset: postquam vestiarum quasdam materias, quo tincta quæqve colore foret, ex sola contrectatione indicaverat; ac certa insuper sericæ variegatæ portio ipsi oblata erat: licet ne tantillum quidem cerneret, sine errore nihilominus nomina colorum accuratissime significavit.

(b) l. c.

(b) Armato oculo ad intuendam naturæ varietatem haud opus esse existimo. Qui manibus palpare Maximi Dei opera non satis possunt: pervidebunt certè magnificum ac splendidum mundi theatrum, & imprimis hoc tempore florum æqvè ac formarum admirandam ubertatem, quibus omne animal velut stupet & suavissima voluptate perfunditur. De coloribus dicere, iis demum difficile apparet, qui rem exactius secum perpendunt. Dubitat Hoffmannus, an quisquam hoc in genere scopum sit assecutus?

(c) apol. pro Gall. l. 1. c. 10.

(c) Nam præter appellationis difficultatem atqve rei ipsius tantum non inexplicabile discrimen; quomodo colores misceat natura, dubium videtur, solique Scaligero relinqvendum.

(d) Phil. Gell. 2. c. 26.

(d) Nos, qui vultum dare juventuti studeamus, quo spes patriæ in lætos aliquando ac benè amictos flores, quantum xat usumqve undiqvaqve diffusum in coloribus admiramur. Conqueratur sanè de inopiâ Latinorum in designandis nominibus colorum Favorinus, cele-

(e) Gell. N. Att. l. 2. c. 26.

(e) audiuntur adhuc in Philologorum scholis tot fermè vocabula, quot varietatibus ipse color se mirabilem facit. Etenim nigredo uti gradibus differt: ita plurimas peperit voces, quibus parum inter se discrepantia liquidò internoscerentur; fuscum, anthracinum, coracinum, (in corvo) Pramniun (in gemma Pramnione) Aethiopicum, furvum, ebeninum, (in ebene terfo) tenebrosum, luridum, piceum, hieracinum (in plumis milvii): asininum, murinum (in mure) impluviatum (fumido quasi stillicidio implutum) Mutinense (à Mutina, urbe Gallie) pullum, ferrugineum; svasum (quasi sine vase s. suapte natura tale) Hispanum, Bæticum, fuliginosum, aquilum. Albedini lacteum, niveum, candidum, aqveum, vitreum, marmoreum, papaveratum, eburneum, argenteum, gypsatum, canum, Leucophœum, (nigredine obscurius,

(f) Hoffm. var. lect. l. 2. c. 10.

(f) qualis in Monachorum Franciscanorum cucullis conspicitur.) (f) cerussatum, cygneum, amylinum (in amylo) hermelinum (in mure Mascovitico) gofypinum (in xylinis vestibus) porcellaneum, pultaceum, (in carne peponis albi) corneum, (in lapide speculari) melinum (ab Insula Melo, aliis verò est color mali Cydonii s. Codonei) cannabinum, exaluminatum, hyalinum (in aere; aliis pro viridi à vitro ponitur) margariticum, favillaceum, cinereum tanquam novas annexas formas legimus. Cœruleum Cyaneum, s. Lazorium (in lapide Lazuli & Cyani flore vel gemme) thalassinum, (in mari) Indicum, cæsiun, glaucum, plumbeum, Venetum, (in nocte non videri Prasinum & Venetum, ait Olympiodorus,) Berettinum (in aorso muris Pontici & Sarmatici) fellineum, (in Smaragdo Persico & oculis panthera) aëreum, subcæsiun, (in aliquibus Bohemiae Sapphiris,) Silare Atticum,

ticum, (*in flore borraginis & sile, quo pingere Polygnotus & Mycon primi instituere*) griseum, blavum, Persum, Turchinum, Glastinum, Sapphiricum, Lydium; mista quaedam specie, nunc aucta, nunc remissa, temperat. Viride festucinum, vinosum, oleagineum, ærugineum, herbaceum s. herbeum, chalcantinum, (*in vitriolo Romano*) prasinum, citrinum, (*in maturecente citro*) laurinum, porraceum, Smaragdinum, molochiticum (*in malva*) orobinum (*in virente segete*) secum habet. Ex flavedine ortum est aureum, thapsinum (*in thapso Scythico,*) mastichinum, lupinare, paleare, sulfureum, buxeum, icterum s. ictericum, genistinum, luteum, flammeum, (*in novis nuptis Romanorum*) helvum, Arantium, (*in cortice pomi arantii*) caltheum, spiceum, arundinaceum (*in aridis arundinis foliis*) fabaceum, galbanum, melinum, cerinum, cervinum, æneum, pineum, myrrheum. Sub rubro comprehendas rutilum, sanguineum, Colossinum (*à Colossis urbe Troadis, non procul à Laodicea, ubi lana eo colore imbuta commendabantur.*) (g) balau-<sup>(g)</sup> l. c. l. 2. c. stio mali Punici.) coccineum s. Kermesinum, puniceum s. phæniceum, s. spadicum, roseum, corallinum, cerasinum, rufum (*in ruffo*) lateritium s. testaceum, leucopyrum, (*in rubente flamma*) onychinum, porphyriticum, purpureum, miniatum, corneolinum, hepaticum, amaranthinum, brasilinum, linenare, passæum. (h) At neque minor in coloribus ipsis opulentia, quam in nominibus, pensitanti sese offert. Numerum colorum ratione comprehendere laboravit Aristoteles; quemque ad modum Planetarum septenarium fecerunt alii, ita ut Veneri album & flavum, Jovi croceum, lunæ puniceum, Mercurio purpureum, soli viridem, Marti cæruleum, Saturno nigrum assignarent: (i) eum ille ampliavit paululum, putavitque rem universam quam commodissime se complecti posse octonario; si duos extremos, album & nigrum, & sex medios ita disponeret ac ordinaret, ut albo tres cognatos associaret, flavum, puniceum, viridem: nigro totidem adjungeret, fuscum nempe, purpureum atque cæruleum. Ex quibus deinceps tanquam è fontibus ac simplicioribus elementi reliquos omnes temperaturam certam componi affirmat incredibili cum varietate. (k) Videntur scilicet sagacissimi quique rerum naturalium indagatores, ex abundantia opaci conflari nigredinem: ubi major copia perspicui est albedinem fieri peratis invicem nigro alboque; rufum: si rubri major portio adhibeatur albo, flavum generari; in cæruleo parcius nigrum, liberalius album, & in viridi denique copiosius nigrum, tenacius paulò immixtum rubrum deprehendi. (l) At quot species porro ex se producant isti, misturam accedente, & quibus præterea mutationibus sint expositi, norunt optimè, qui in picturis aut rebus inficiendis industriam suam studiumque collocarunt. Quid mirum proinde, si tam multiplex, tam varium, tam naturam suam diffusum innumeris etiam materiis se dispenset? Diversos enim colores elementis, lapidibus, temporibus, affectibus, hominibus, plantis postremo & avibus vel à natura infitos vel humano consilio destinatos esse intelligimus. Saturni lux plumbea, Martis ignea, Veneris argentea, Jovis fulgida & serena patet: quam diversitatem non omnino à luce solis oriri, inde videtur evinci, quod eodem tempore non simili, sed sibi proprio atque innato colore isti semper & ubique effulgeant. (m) Quantum sæpenumero vultum suum luna immutat; quamque ipse stellarum Princeps, sol, interdum facie aliam surgat, aliam medium diem teneat, aliam rursus oppositis videlicet terræ vaporibus, occidat, experientiam comprobatur. *Nec mirum est, inquit Lipsius, si terra omnis generis & varia evaporatio est: cum in cælo quoque non unus appareat color rerum, sed acrior sit canicula rubor; Martis remissior; Jovis nullus, in lucem puram nitore producto.* Mare rubrum (ab arenam rubram, aut à Rege Erythra, vel potius à plantam Zuph seu Zapha, hic ubi innascente) Sinus inter Aegyptum & Arabiam, & quicquid maris inter Californiam & Continentem Americam: nigrum, Pontus Euxinus: album, Archipelagus & Sinus latus juxta Russiam: viride s. Sargassum ad caput viride (*Capo Verde*) vocitatur. (o) Inter lapides pretiosos rubet hyacinthus, nigricat morion Indica, pallet xanthium, flavet chrysolitus, Topazius rutilat, viriditate insigni pollet Smaragdus, violaceo colore pellucet amethystus, albicat Cry-  
 scallus:

(h) Scaliger exercit. 325.

Gell. N. A. l. 2. c. 26. Jon-

ston. Poly-

matbia Phi-

sol. Kecker-

manni Syst. Phys. l. 3. c. 4.

(i) Meurer. meteorol. de coloribus p. 58.

(k) Timpl. von. 1. hyl. de coloribus.

(l) Keckerm. l. c.

(m) Alban. Kircher. tom. 1. l. 2. c. 5. mund.

(n) Lips. Comment. in Senec. nat. qu. l. 1.

(o) Becmann. not. orb. terr. civ & Geogr. l. 6. 3. n. 5.

34 79  
stallus: Sandastros aureis intus guttis stillat. Aegagropilos h. e. lapides aut globos lapidi similes in capreis enatos quatuor exhibet cum figuris Velschius.

(p) *dissert. Medico-Philosoph. de Aegagropilis.* (p) Horum primus omnium maximus fusci coloris vel ex ruffo obscuri est; secundus cinericii, figuram cordis exprimit; tertius nigri, cute rugosa splendet; quartus elegantissimus globosus, cortice duro & quasi ligneo, coloris ex luteo subrufi, punctis plurimis distinctus conspicitur. Colores in vicem temporum, quadrifari divisione fusos, prasinum virenti verno: Venetum nubile hyemi; roseum aestati flammea;

(q) *l. 3. var. epist. 51.* album pruinoso autumno, autor est Cassiodorus. (q) AEquè ut gentiles eqvos roseos aestati currere voluerunt, quod tempus illud ignei coloris sit & cuncta hinc flavescant; albos hyemi, quod frigoribus canescant universa; veri prafinos,

(r) *Isidor. Hispan. l. 17. Etymol.* quia tunc pampinus densatur. (r) Jam & affectus velut informat color. Pulchrum siquidem mœstitiæ, stola candida puræ mentis index, spei præco viridis habetur; flavus cupiditatem arguit & amorem; ruber armatos exornat equites in audaciam; nautæ potissimum, & qui cœlestia cogitant, cæruleum sibi deligunt, tum & castitatis studiosi; unde eodem depicta Mater Dei cernitur;

(s) *Alciati emblem. 117.* quem curæ excruciant, non malè fulvis tegi vestibus putatur. (s) In nationibus etiam & gentibus hominum magnam hinc differentiam curiosi observaverunt. Tartari rubicundiores sunt minusque candidi Chinesibus. (t) In urbe

(t) *Mendosa rer Chin. c. 1.* Canton finitimisque terris habitantes Chinici fuscum præ se ferunt, incolis Barbariæ Africae & regni Fez haud absimiles. In Provinciis aliis magis minusve albicant, prout magis minusve ad regiones frigidiores vergunt. Propterea nonnulli Hispanos imitantur colore, alii Germanos flavos rubicundosque. (u) Aethiopes nigrorem, sed splendentem contraxerunt sibi, non certè a sole; alias in terras a Sole remotiores delati formam suam immutarent, neque a Chamo, quasi imprecatio parentis characterem impressisset petulanti filio & posteris; neque profectò a congressibus spirituum nigrorum, sed quia è stirpe consimili exoriuntur. Alimenta forsitan Nigritis illis propria & solis, aeris, aquæ vis ita effinxit cutem Mauricam, ut postea gentem integram velut transformasse videatur. Quemadmodum aliquando duo homines gramine & ulva pasti è spelunca prodierunt in Anolis: toto corpore virides. (w)

(u) *Idl. c.* Quis vero inter colores ceteris præferendus? Rerum usus discolor & mille hominum species, dum sua cuique sponsa placet, palmam faciunt dubiam. Adeas Principum aulas & seorsum Chinesium Regis: flavum omnibus civibus quasi sacrum interdictum, tecta Imperatoris ipsa flavedine adornata; quasi alius utatur, perduellis eum pœnam incurrere, nisi Regio sanguine prognatus sit, animadvertes. (x) Tumberlanus Scytharum Dominus, album, rubrum, atrum extollet ut quàm maximè: Tentorium is albò colore explicabat in signum gratiæ primò die, in conspectum hostium cum venisset. In alterum si dilata fuerat deditio, tum coloris rubri tentorium ostendi voluit, sique ad triduum usque res protrahebatur, præ colore atro omnia futura atra & extremam cunctis mortem minabatur. (y) Purpureum plurimi in altissimum dignitatis gradum evehent, qui Regum purpuram & Imperatorum quondam purpurato atramento conscriptas literas reputabunt, cum Tutores Imperatorum, qui annos Imperii capaces nondum attigerant, virides exararent literas. (z) Nostri hac in parte pro modulo ingeniorum suorum vires periclitabuntur

(w) *Seneca de brevitate vite c. 14.*

(x) *Kircher. Chin. illustr. part. 2. c. 9.*

(y) *Crinit. de hon. disc. l. 1. c. 1.*

(z) *Pancivoll. rer. mem. de encansto.*

I. JOACHIMUS MARTINUS WAGNERUS, Juterbocensis Saxo.

II. CHRISTOPHORUS SEIPTIUS, Cygneus,

III. PAULUS GUNTHERUS, Ebelsbrunnensis.

IV. JOHANNES CHRISTOPHORUS WINTERUS, Wittebergensis.

V. JOHANNES HENRICUS HARTMANNUS, Goldinga-Curlandus.

VI. DAVID DIETERICUS, Kirchbergensis.

Primus quidem colorem nigrum, secundus album, Quartus rubrum oratione prosa, Tertius verò cæruleum Græcè, Quintus flavum Hebraicè, Sextus viridem poemate Latino, (in quo Deas certantes inducit) cummendabunt. Quos ut benignè atque amanter audire dignentur tum Venerabiles Dn. Inspectores, quos inter summè Rev. Dn. Ephorum, prima vice sigillatim nunc nominamus, tum Patronos, Fautores & Amicos, quâdecet observantia, modestiaque invitamus. In solis deliquio colorata omnia insita privantur venustate; in illustri contra etiam luce enitescunt: Deus Vos singulos cum Cygnea hac nostra quàm diutissimè servet incolumes! P.P.d. 7. Julii A. Chr. 1700.

107


100



# Citè non minus, quàm ingeniosè rerum

è regione sitarum colores Jesuita Grimaldus repræsentavit; quando fenestras cameræ omnes clausit, rel. eto unico vix digiti magnitudinem exæqvante, quò sol penetraret, foramine. Hic sine omni artificio lintheum album objecit radiis, simulqve cuncta ante cameram ob-

Eadem opera quascunqve enim è bove non ita pri-  
 ratum, quod contemplatulo adumbrari. (a) I-  
 qui obducto oculis velar-  
 rit discernere. Cumqve  
 jussus pari cum successu  
 terias, quo tineta quæqve  
 certa insuper sericæ vari-  
 dem cerneret, sine error-  
 ficavit. (b) Armato oc-  
 existimo. Qui manibus  
 videbunt certè magnificè  
 tempore florum æqvè a  
 animal velut stupet & fy-  
 cere, iis demum diffici-  
 Dubitat Hoffmannus, a  
 (c) Nam præter appell-  
 explicabile discrimen;  
 solique Scaligero relinqv-  
 possit esse, et spes patriæ  
 xat usumqve undiqvaqve  
 fanè de inopiâ Latinorum  
 (e) Gell. N. bris ævi sui Philosophus  
 Att. l. 2. c. 26. fermè vocabula, quot var-  
 gredo uti gradibus differ-  
 se discrepantia liquidò in  
 (in corvo) Pramniun (in  
 (in ebena terfo) tenebrosu  
 afininum, murinum (in  
 Mutinense (à Mutina, urbe  
 f. suapte natura tale) Hispar-  
 eteum, niveum, candidu  
 eburneum, argenteum,  
 (f) Hoffm. qualis in Monachorum Francisc-  
 var. lect. l. 2. um, amylinum (in amylo  
 6. 10. xylinis vestibus) porcellane  
 pide speculari) melinum (a  
 nabinum, exaluminatu  
 margariticum, favillaceu  
 legimus. Cœruleum Cyaneum, f. Lazorium (in lapide Lazuli & Cyani flore vel  
 gemma) thalassinum, (in mari) Indicum, cæsiun, glaucum, plumbe-  
 um, Venetum, (in no. te non videri Prasinum & Venetum, ait Olympiodorus,) Berettinum (in aorfo muris Pontici & Sarmatici) fellineum, (in Smaragdo Persico &  
 oculis panthera) aëreum, subcæsiun, (in aliquibus Bohemia Sapphis,) Silare At-  
 ticum,



ve, ut nativâ imagine  
 fu expressa viderentur.  
 lle edocuit. Quod si  
 emqve cornu perfor-  
 ait mirabili specta-  
 e hominis meminit,  
 orum genera potue-  
 detrurix Duce facere  
 tianas quasdam ma-  
 one indicaverat; ac  
 cèt ne tantillum qui-  
 accuratissime signi-  
 atem haud opus esse  
 n fatis possunt: per-  
 um, & imprimis noc-  
 tatem, quibus omne  
 . De coloribus di-  
 secum perpendunt.  
 opum sit affecutus?  
 pfius tantum non in-  
 ra, dubium videtur,  
 clare juventuti stude-  
 tos flores, quantum  
 at copiam danta-  
 mur. Conqueratur  
 rum Favorinus, cele-  
 bologorum scholis tot  
 a facit. Etenim ni-  
 quibus parum inter  
 acinum, coracinum,  
 furvum, ebeninum,  
 am (in plumis milvii):  
 asi stillicidio implutum)  
 vafum (quasi sine vase  
 ilum. Albedini la-  
 eum, papaveratum,  
 n, (nigredine obscurius,  
 ceruffatum, cygne-  
 (ico) gofypinum (in  
 lbi) corneum, (in la-  
 ydonii f. Codonei) can-  
 viridi à vitro ponitur)  
 annexas formas le-  
 gimus. Cœruleum Cyaneum, f. Lazorium (in lapide Lazuli & Cyani flore vel  
 gemma) thalassinum, (in mari) Indicum, cæsiun, glaucum, plumbe-  
 um, Venetum, (in no. te non videri Prasinum & Venetum, ait Olympiodorus,) Berettinum (in aorfo muris Pontici & Sarmatici) fellineum, (in Smaragdo Persico &  
 oculis panthera) aëreum, subcæsiun, (in aliquibus Bohemia Sapphis,) Silare At-  
 ticum,